



Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici

Quae Insolentia Peccatorvm Sev De Lvxv et Libidinibus Prodigi

Bosquier, Philippe

Moguntiae ; Coloniae, 1614

[Concio] IV. 1. Vt anxium sit matrimonium. 2 Aetates infantiae, virilitatis, senectutis, inuentutis, quid? 3. de dictione adolescentis. 4. Cuius aetatis probabiliter erat prodigus. 5. Cur expresse non ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55916)

CONCIO QVARTA.

- Vulgata.* 2. 12. Et dixit adolescentior ex illis patri: Pater da mihi portionem substantiæ quæ me contingit.
- Græca.* 12. καὶ εἶπεν ὀνιώτερος ἀδελφῶν, τῷ πατρὶ: πατέρα, δός μοι τὸ ἐπιβύλλον μέρος τῆς οὐσίας. καὶ δὴ λέγει ἀδελφοῖς τὸν βίον.
- Syriaca.* 2. 12. Et dixit ei filius eius minor natu: Pater mi, da mihi partem quæ mihi contingit ex domo tua.

ARGVMENTVM.

1. Ut anxium sit matrimonium. 2. Aetates infantia, virilitatis, senectutis, iuuentutis, quid? 3. de ditione adolescentis. 4. Cuius aetatis probabiliter erat prodigus. 5. Cur expresse non exprimitur. 6. inuectio & admonitio ad adolescentes super obsequio in parentes. 7. ut nomina uerborum, iuuenis, nouus, adolescens conueniant peccatoribus. 6. Breuis discursus de senectute.

Immorati diutius huc usque, Auditores, disquisitioni parentis, & duorum filiorum; ac inuento (uti arbitramur) quid intendat Redemptor per hunc parentem cum filiis, ulterius nunc pergendum est. atque aggredienda gesta, præclaraque facinora miseri illius martyris dæmoniorum, infelicis, inquam, prodigi. Primum itaque dispiciamus, quo nomine insigniatur à Domino; deinde, quidnam à patre petat: postea, si tempus tulerit, monstrabitur, ut idem nomen peccatoribus omnibus in genere, & specialiter publicanis & peccatoribus accedentibus ad Christum, tribuatur. Discursus sane hic utilis erit, cuiusvis ætatis, ordinis, status hominibus iuuen-

iuuentuti, vt cernens ceu in speculo pellucido impres-
 sam & exarata[m] p[re]sumptionem non sufferendam,
 audaciam effusam, verba impudentia, quibus plus
 quod abundat potior adolescentum pars, fastidiat,
 caueatque sedulo ab huiusmodi seuecluti, ne demul-
 ceatur aut terreatur similibus neujs, aut mellis, aut
 armatis, quibus forte vsus hic adolefcens, pattem vt
 demulceret, & emungeret oculos: deinde omnibus
 ordinibus; nec enim vlla hominum conditio, vllus sta-
 tus, vllus honor, vlla dignitas quamuis splendida &
 celebris excludetur a nomine peccatoris, dicere scri-
 ptura: *Non est homo, qui non peccet.* Videtur hęc con-
 cio (qua peccatoris adolescentia, & insipientia exhibe-
 bitur) digna quę audiatur ab omnibus attentis; vt qui
 de stultorum numero esse noluerit, conetur primum
 peccatorum excedere conuentu. Ac vtinam daretur
 sic eam exprimere, & ad viuum efformare, vt atrocis
 illi peccatores, qui citatim (quia insipientiam & amē-
 tiam quę comitatur peccatores non norunt) currunt
 laxatis habenis post scelera, recensitis ineptia & furore
 eorum ipsis spectantibus, ē facibus peccatorum se
 subducant, vt autem omnia fiant, quomodo expedi-
 re iudicat Deus, augmento honoris sui, & salutis ani-
 marum nostrarum, inuocemus gratiam Spiritus San-
 cti, dicendo, AVE MARIA.

1. Socrates Philosophus Apollinis oraculo solus ē *Val. Max.*
 tota Græcia habitus sapiens, quærente adolescente & *l. 2. cap. 7.*
 consulente num vxorem duceret, an verò a coniugio
 penitus abstineret, sapienter respondit, quod delecto *Diogenes*
 alterutro paniteret. Nam que, si vxorem non duxeris, *aitbat:*
 infit, solitarium viues perpetuò; & post multos exant *si tenex,*
 latos labores, ignotus & externus heres gaudebit a te *serius est,*
 parci. Rursus, si ista declinare ratus coniugium in eas, *si iuuenis,*
 sollicitudo iugis disercuabit miserum; oblongum *nondum.*
 stamen litium & quærelarum domesticarum mole *Vide*
 stiam afferet; accedent dotis exprobrationes; aspe- *Laert l. 6.*
 ctus sinistri & transueti affinium, dolore te disrum- *vita.*
 pent; lingua dicax socrus tibi aures vellicabit; explo-
 ratores thori alieni; incertitudo quoque futurorum

Sine conjugio solitudo: in conjugio, sollicitudo.

morum, bonorum vel malorum liberorum, te affligent. Responsum, sanè, Auditores, Philosopho dignū; cuius veritatem & coniugati & non coniugati experientur quotidie; coniugati præcipue, quorum sæpe numero cruciatus & tormenta sunt incerta expectatio morum, & ratio viuendi proliū; ac plerumque vita ipsa iam penitus deprauata; vt frequenter audiamus quærendo repententes crebrò sententiam Euripidis Poetæ: Incognitum bonum non suscepisse proles; & non pænitere susceptarū. Quin pænitudo illa aliquando Dei viscera pulsauit, paulò post mundi primordia; vbi oēs à minori ad maximū demersi essent cæno nefcio cuius nefandæ, abominandæq; libidinis; ipsomet Deo testante hanc suam pænitudinem: *Delebo hominē quem creauī à facie terræ, ab homine vsque ad animantia, à reptili vsque ad volucres cali; pæniter enim me fecisse eos.* Ita miser afflictusq; parens persentiscit quod proles suscepisse sit cruciatus iugis, tormentum atrox, & crucis grauisima; maximè si quæ exhibeant specimina malæ vitæ futuræ, vt hic prodigus noster. De quo vt pertinet sit sermo noster, enucleemus primum nomen, *adolefcentior*, quo à Domino donatur, iuxta à nobis promissorum seriem.

2. Haud me fugit infantiam, adolescentiam, iuuentutem, ætatem virilem & perfectam, senectutem, simpliciter consideratas, nec laudabiles, nec vituperabiles, quod non pendeant à libertate nostri arbitrii, ast purè à sola voluntate & dono Dei. Nam quod sumus infantes, adolefcentes, viri, senes, non est in nostra positum potestate: nihilominus extra omnem aleam est per ætates hominis virtutes & vitia plerumq; denotari; vt per infantiam interdum innocentia, vt quodam psalmo: *Memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum.* Alius interpres ponit pro puero, *cultorem suum*: Interdum defectus prudentiæ, vt hîc: *Vah tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius Principes mane comedunt.* Et in Isaia: *Puer centum annorum morietur.* Et alibi: *Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis.* Aliter, *Et infantes &*

Ætatibus quandoq; signantur vitia & virtutes.

Psal. 104.

Eccles. 10.

Isa. 65.

Isa. 3.

par.

Parvuli imperit abunt eis. Super quibus ait S. Joannes Chryostomus, nullatenus existimandum à Vate simpliciter despici infantiam & pueritiam hominis, sed indirectè ostendere nititur insipientiam & stoliditatem Rectorum. *Per pueros, ait, vel adolescentulos presentibus licet non est intelligendus eam astatulam subijcere vili calumnie simpliciter, sed ex redundanti ostendit principum amentiam.*

Virum nomine, significamus quandoque robur, magnanimitatem, impavidum cor cuiuspiam potius quam ætatem aut sexum; quod magnanimitas & cordis generositas propria sit pertingenti ad ætatem virilem; cuius nomen latine sonat fortem, robustum, strenuum, generosum. *Vir, à vi, unde & virtus, quæ proprie robur & præstantiam rei significat, originem ducit.* Sic hortantes & incitantes quempiam, ut rei arduæ summam manum imponat, *Ostende te virum. Viriliter age.* dicimus; Ac si dicamus: *Cæptis insta fortiter; Age ut virum, & virum strenuum decet.* Quæ significatio usurpatur tam sacris quam prophanis scriptoribus.

Exurgite aliquando si viri estis, & arma capessite.

Invite arma viris, & cedit e ferro.
Sic libro primo Regum magnus ille Goliath provocans è castris Hebræorum quempiam ad singulare, clamabat: *Eligite ex vobis virum, & descendat ad singulare certamen;* id est, armis, animo, robore præstantem *Confortare, & esto vir,* ait David moriturus ad Salomonem. Quotquot studiosè vivunt, fortiter vitia omnia superando, dicuntur in sacra scriptura viri; ut vir Annæ matris Samuelis, Iob Propheta, Redemptor quoque noster.

Fuit vir unus de Ramatha in Sophim de monte Ephraim, & nomen eius Elcana &c.

Vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex & rectus, ac timens Deum & recedens à malo.

Femina circūdabit virum. Rursus Latini pusillanimes, ignavos, dissolutos moribus dicunt effeminos, molles, semiuiros; uti supra Iſaias adpellat principes per-

D. Chryst.
ad c. 3. 1. 2.

Vir signat aliquando magnanimitatem potius quam ætatem aut sexum.

Lactant. l. de opificio Dei c. 12.

Q. Curtius de rebus Alex. Virg. 9. AEnsid. 1. Reg. 17. 3. Reg. 20.

1. Reg. 1. Iob. 1.

Ierem. 32.

Mulieris
nomē pro
ignauia

missi à Deo regere populum Ierosolymitanum, tam-
ecti ineptos & inhabiles, mulieres & effeminatos.

Isa. 3. *Mulieres dominatæ sunt eis.*

Isa. 3. *Effeminati dominabuntur eis.*

Virgilius mulieres, seu femiueros nominat, quos
vult ignauia notatos; vti & nos aliquando,

Iarbas loquens de Aenea & comitibus: *Et tunc ille*

Paris cum femiuero & comitatu.

O vera Phrygia; neque enim Phryges &c.

Numani Remuli verba sunt in Troianos.

In traga-
dia nostra
edita an-
no 1589.

Virg. 4.

Aeneid.

Idem 9.

Aeneid.

Senectus

pro pru-

dentia.

Per senectutem similiter accipimus aliquando
prudentiam, & maturum iudicium, vt quando iube-
tur Moyses eligere de populo seniores quos nosset, qui
imperij sui importabile iugum learent. Aut secun-
dum S. Gregorium commentantem locum istum, su-
muntur ibi seniores pro litteratis, & animo sedatis
viris; quæ sedatio communiter senectutem comita-
tur.

Iuuentus
pro im-
prudētia.

3. Parimodo, per adolescentiam, & iuuentutem,
modò vnum, modò aliud interpretari conceditur: ali-
quando inconstantiam, alias imprudentiam, alias ef-
fusam cordis elationem, aliaque id genus, potius re-
dolentia vitium quam virtutem; etsi non semper. No-
stra verò vulgata editio prodigum nostrum dicit *ado-
lescentiorem*; translatio Syriaca, *minorem natu*, textus
Græcus *νιότριπος*, quod significat, iuuenem, nouum,
natu minorem. Atque dictio *adolescens*, significat, pue-
ritia excedentem, à duodecimo ætatis anno; ad vice-
simum primum vsque, iuxta quosdam. Albertus Ma-
gnus putat, à quarto decimo; doctissimus Varro, à
quinto decimo, ad tricesimum propriè. Aulus Gellius
l. 10. Attic. noctium c. 28. *Tubero in historiarum 1. Ser-
uium Tullium Regem Rom. pueros existimasse, qui mino-
res essent annis septemdecim: atque inde ab anno decimo
septimo ad annum quadragesimum sextum iuniores, su-
pra eum seniores appellasse.* Vide de discrimine ætatum
in Iulio Polluce libro 2.

vi. G. posi-
tium.

Philo libro de mundi opificio ex Hypocrate, ado-
lescentem ait, dici à secundo septennio, vsque ad bar-
bæ

bæ hirsutiem ad annum ter septimum. Dico (proprie) nomen etenim adolescentiæ nonnunquam sumitur pro omni ætate hominis ab ortu, ad virilem ætatem; quin pro omni ætate & tempore, quo quis vegeto & robusto corpore perdurat Dicente Deo, sensus & cogitatio hominis prona sunt ad malum ab adolescentia sua, haud a bitter nomen adolescentiæ sumi pro ætate duodecim, aut quatuordecim, aut quindecim annorum, ad trigessimum; atque ætate ista initium sumere hominis malitiam; est putem significari quoque, & forte magis primum momentum, instans primum ortus hominis in vtero & ex vtero materno. *Gen. 2.*
Sus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Similiter dicente Ieremia, bonum esse vito cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua; aut alijs in locis mentionem faciente scriptura adolescentiæ, non a bitter accipiendam rigidè vt supra, sed potius vt loquuntur Latini, *Ab incunabulis, à teneris annis, à prima ætate &c.* aut donec homo vegeto est corpore, peccatis suis de more incumbere potens; ac si diceret Propheta: Profecto fertur iugum Domino, amplexatum misso peccato, antequam ipsum præ corporis infirmitate, aut alio quouis impedimento missum faciat hominem.

4. Mirabitur forte retusior aliquis, cur Christus certum annorum numerum non exprimat in parabola, ne vllatenus dubitaretur de ætate perditæ adolescentis. verum obseruanti loquutionum genus, & sequentem textum, perspicuum statim fiet cuiusnam esset ætatis, tametsi parum aut nihil id conducatur. vt verò curiosus fiat satis, proferemus pauca. Supra diximus Græcis dictum *ἰωβησ* Latinis, *adolecentiorem*; vti si que sumentibus comparatiuum, qui Latinis interdum significat *quasi, aliquantulum, aliquantulum*, ex sententia quorundam vt quando absolute dicunt *iunior, senior*, idem est ac si dicant, *parum*, aut *aliquantisper senex*, vel *iuuenis*; *tristior*, *aliquantisper tristis*.

Commentator Hecyræ in prologum, in illud *Adolescentior*. *Hac comparatio*, inquit, *minus à positivo sonat,*

uat, & vim diminutiuam exprimit, ut:

Iam senior sed cruda Deo, viridisq; senectus.

Virgilius A Encid. 1. *Tristior, & lachrymis oculos suffusa nitentes.*

Quam opinionem si probauerimus veram, dicitur quod *virisq;*, & *adolecentior*, idē sint, ac si dixeris; aliquantulum, aut satis adolescens, satis iuuenis: adeoque annorum mediōrum inter extrema adolescentiæ esset ratio habenda, scilicet septimi decimi, aut octauū decimi.

ii. Aut si secundum alios, gradus comparatiuus sumitur frequenter pro positiuo, dicemus non ita dudum adolescentiam ingressum attingisse decimum quartū, aut decimum quintum ætatis annum.

iii. Vel, si, secundum postremos, ea est natura comparatiui ut significet excessum & supererogationem qualitatis quam denotat positiuus, dicendum, (si non haberetur ratio comparatiui *senior*, quod subsequitur comparatiuū *adolecentior*) insinuari nostrū prodigū utriusque prouectiorem, in adolescentia sua, fratrem; attingisseque decimū nonum vel vigesimū annū, aut circiter. Quia verò dicitur, *adolecentior ex illis*; alterque posmodum exprimitur *senior*; quæ faciunt comparationē alterius ad alterum, utrumque intra terminos adolescentiæ collocantes, sed alterum prodigo seniore; potest prodigus assequutus dici decimum nonum, aut vigesimū annū; alter vigesimū primū, terminado ibi adolescentiā; aut vigesimū annū agebat prodigus; alter trigesimū, aut circiter; deducendo adolescentiam cum doctissimo Varrone ad annum trigesimū. Profecto series deplorandæ vitæ ipsius satis superque inuenit attingisse vigesimū, aut vigesimū octauum annum: nec enim probabile est hac ætate inferiorem, attentasse facultatum suarum dispositionem, diuentionem, distractionem (procul inuunt sequentia, *Et congregatis omnibus &c.* scilicet in loculis congesta auertione bonorum mobilium & immobilium) neque profectum in regionem longinquam; neque luxuriose vixisse, & omnem tam prodigè dissipasse censum suum.

sum, vt exiguo tempore omnium quæ extulerat nihil penitus superesset ipsi; nisi prodigium forte monstrumque malitiæ dixeris.

5. Quis scit, an ex industria forte determinatus a-
 norum numerus non sit expressus, solumque in ge-
 nere adolescentis nomen appositum, ad demonstran-
 dum adolescentiæ decursum valde procliuem in hu-
 iusmodi ineptias; inquitente D. Augustino, lubricam
 magis ætatem hominis dictam nobis adolescentiam;
 sub qua constitutus, tametsi firmus & constans, lubri-
 cat & prolabitur facilè; idque (vti sentio) quo inoni-
 tos se sciant adolescentes & adolescentulæ istius æta-
 tis cauere sibi, ne cum coætaneorum suorum maximo
 numero labantur; inuigilare serid, & stationes circū-
 lustrare, ne retibus fallacibus propriæ adolescentiæ im-
 plicetur? Aut Christū vsū indefinitè voce adolescentis
 vt efficaci⁹ exprimeret publicanos & peccatores oēs
 cuiuscumq; generis; quod penè omnia scelerum ge-
 nera concurrant in ætate adolescentiæ; alia, initio; a-
 lia, in medio; in fine, alia? Ast mittamus disputationes
 futiles, & (vt aiunt) de lana caprina; desistamus ab in-
 uestigatione eorū qua certò per scripturas cognosce-
 re nequimus; neq; tanti sunt momenti, etsi forte asse-
 qui cognitione possemus. Penes quemque stet ipsi
 quam libuerit tribuere ætatem, modo verisimilem, &
 ad proportionem facinorum ipsius.

Aug.
 quæst. 69.
 Adolescē-
 tia lubri-
 ca.

Adoriamur nunc eius primum facinus. In ea ætate
 quid primum gessit? *Dixit adolescensior ex illis patri:*
Pater, da mihi portionem substantiæ, qua me contingit.
 Sapientissimus Plato adolescentem inquit, nondum
 prudentiæ fastigium assequutum, ad quam postea e-
 ueheretur, agitari furijs, sine ordine exclamare; arro-
 gantia tumentem & resilientem lasciuire. Talis hic
 adolescens, qui voluntate ferociens, leuis, & inconstans,
 vt primum virium, formæ, iuuentutis ad omnem ma-
 litiam aptæ notionem habuit; libello nondum obtē-
 to in ædibus paternis liberius delinquēdi, vbi dome-
 stici omnes lumina in ipsum fixerant, videbanturque
 ei oculati Argi inuigilare serijs super se; æstuante
 san-

Plato
 leg. 2.

fanghine, furij exagitarus, audacia effrons, animo firmo, refo uto ad initar Cæfaruli, accessit patrem, inquit Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Ac si dixisset: Non sum eius ætatis qui deinceps ferulæ subdar: excessi quartumdecimum tutelæ annum.

Macrobius l. 1. in somnium Scipionis cap. 6. *Post annos his septem tutela pueris quasi virile iam robur. . . . abfoluitur: de qua si in femina propter vororum festinationem maturi obrenno legibus liberantur.* Locus etiam inanus Macrobio. Eius enim sapientiæ & prudentiæ, vto libertatem queam asseri; deinceps ero mihi rector vnicum rogo, vt mihi patrem substantiæ, quæ ex decessu matris me contingit largiaris. Filij sumus bimimum è adulterinus ego. Ius mihi est in facultates tuas; & si ea dignaretur Deus gratia natos tuos, vt fati concederet (attendite facinorosorum) minime, arbitret, exheredares me, qui fratri parem in omnibus constitueres. Ita est (fateor) secundum iura & constitutiones regionis, vita tibi sospite, nullam actionem institueret, adeo in tuas facultates: verum tamen, petitionem quo natum prosequeris rogo supplex, vt quod decreuisti testamento mihi legare, nunc arbitrio meo committatur: si a quo plura peto, nec ijs premaritè abfolui velis. fatem patrem partis meæ ne grauentis erogare. *Da mihi portionem substantiæ quæ me contingit, id est, partem partis testamento legandæ, quæ ordinar meo congrua respondeat. Ἰὸς μὲν μέγος ὑπὲρβάλλων id est, da mihi portionem congruam.* Ecce primos conatus, primordia facinorum, tytonis nostri. Laudabiliter sane gratia Deo, quod clanculum, vti plurimi non diu puenit bona parentis; quemadmodum fecisse constat Patrem nostrum Sanctum Franciscum, ante plenariam conuersionem suam; tamen si longè in meliorem finem quam adolecentes nostri seculi. Qualia primordia, talis finis. Respitemus aliquantulum.

6. Hic prologus, oratio ista effrons prodigi, videtur mihi prognosticon certam vitæ futuræ omni ex parte dissolutæ. Ac vtinam istius farinae solus ipse! O si

Ἐπιβάλλων
id est quod
conueniens,
conueniens,
quadrans,
pertinens
ad me.
D. Bonau.
in vita eius.

ferreum nostrum seculum sic perpolijset & benedi-
 ctionibus auxisset, vt multi hac non deprehenderen-
 tur notari præsumptione! Noui, eheu, quorum vita vi-
 detur exarata ad normam & exemplar hoc, & forma-
 ta super protoplastice prodigi. vti nã à veritate quoad
 hæc procul abessem! Ast, eheu! nouerunt omnes, vt fre-
 quens sit numerus eorum, quid ætatis attingentes con-
 nantur excutere iugum, subducere se ab obediẽtia pa-
 terna, quo Epicurum viuant, & latius liberiũsue Sar-
 danapalum agant lasciuum. Hinc, reperias grauitet
 pertæfos lectionem diutinam libri Vitę patrum; id est,
 ægrè ferentes diu superstites progenitores, quibus vi-
 detur anima transfuersum corpori eorum insita, aut
 glutine fixa; faucibus hiuleis fatum & funus ipsorum
 præstolantes: in quos aptissimè quadrat vatis versus
 describentis secula ferrea; quibus certè continemur
 verè:

Filius ante diem patrios inquirat in annos,
 Vicia iacet pietas.*

Non concedam fato, quin huiusmodi viderim ex-
 petentes auidè parentum funera, non in aliũ finẽ vlti-
 mum quã prodigus hic, vt scilicet luxuriosè viue-
 rent; saltem egregia aliqua decerpent spolia. Aut si
 qui non expetant eorum mortem; saltem præmaturè
 efflagrant hæreditatem, vt splendidè viuant, & tantil-
 lo tempore sorbeant multis annis, multo labore & su-
 dore parua à parentibus. Quas quærimonias, quas ex-
 clamationes non educant ab intimis visceribus pa-
 rentes, in liberos mortis suæ cupidos! Quos singultus
 quæ suspiria, quæ lamenta non assumant? Quid, nisi
 maledictis prosequantur labores suos ærumnasque?
 Quid, nisi sonora voce exclament: Misere mini mei,
 misere mini mei, saltem vos amici mei, vos liberi mei,
 meo sanguine educti? Sufficiat dari exteris mortis
 meæ percupidos.

*Porrò autem dum studeo illis vt quampluri-
 mum
 Eacerem, contriui in quærendo vitam atque
 atatem meam:*

G

Nunc

Exclama-
 tio in
 prodigi
 sequaces.

Ouid i.
 Metam.
 * Conful-
 lit mathe-
 maticos.

Terent in
 Adelphis.

Nunc exacta aetate hoc fructus pro labore ab his
fero, odium;

Meam mortem expectant.

Ac si lachrymabundus iam senex & tremebundus
parens, senectute algens sic affaretur liberos, mortem
suam expectantes. Memineritis, chara soboles, quod
studens augendis facultatibus, & opibus cumulanda
ipse vitam contriverim. Quorsum nunc consumptis
annis meis, & quasi discerptis vestri gratia, mercedis
retributionis vice, quasi fame enecli anhelatis totis
votis ad mortem meam? O miseram mercedem! O
crudelem compensationem! O cruentam auri li-
mem!

Virg. 3.

Aeneid.

Vbi lo-
quitur de
Polydori
exce.

Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames!

Similibus prolibus, dicam? patricidis? dicam patricidis, quia tales mente & consensu; talibus ita patricidis ex nomine miserorum parentum eloquar nunc, & admonitionem salubrem ad ipsos habebō. Quid nisi ingratitude & obliuio plus quam feralis, tumore contemptus benefactorum omnium? Quid obliuionem dico? Vtinam consanguinitatis obliuio porum nimos penitus occupasset! Namque penitus obliuio haud expeterent substantiam eorum a quibus delecterunt. Quis est ergo aliud quam recordatio atrox & contumeliosa in benefactorem, ut ipsi reddatur malum? Quae haec contumelia & barbaries quam eorum copere mortem, a quibus vitam tenemus, & per quos bona & commoda cunctis communia participamus, opes & honores particulares ad nos deuenierunt; sine quibus, omnibus istis careremus? Execramur exterrum & abominamur, qui ut ditescat, aut ad aliquem honorem, dignitatemue promoueat, exteri mortem peroptat; nec homicidium ab eo purgare possumus quo supplicio, quibus equuleis, qua cruce, Deus boni digni erunt liberi sufferre, non valentes grandaeuam parentum aetatem, nec alia vota, precesque offerunt, quam pro ipsorum transitu? Crucis signaculum

2. Reg. 15.

fronti

fronti imprimbam, dum legerem (est nihilominus
 verissimum) vt Absalon cupierit regnare super pater-
 tre David; vt in eum finem, in portis ciuitatis vnum
 oscularetur, alium complexaretur, ab omnibus scisci-
 raretur, quid causæ haberet; quæretur de genitore,
 tanquam segnius administrante imperium, & negli-
 gente munia publica, nec praeficiente aliquem, qui om-
 nes audiret *Non est, non est qui te audiat constitutus
 à Rege; multa & magna de se sibi spondens, si in Re-
 gem crearetur. Quis me constituat iudicem super ter-
 ram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium, &
 iusse iudicem?* Pelliciens interim & demulceus his il-
 lecebris animos omnium; donec in Hebron prefe-
 ctus, sub specie reddendi vota Deo se Regem inaugu-
 rari & proclamari iussit præconiis voce. Stupebam
 eundem in nato tam pusillum in patrem amorem; demi-
 tabar, eò ambitionis deductum vt parentem scepro
 & diademate regijs exuere non vereretur, vix si-
 dem adhibens hominis mentem aliquando tanta ra-
 bic, tantis furijs exagitatam. Atar, vt admiratione &
 stupore magis dignum est, quod liberi, non amplius
 pagani, non Mosayci, sed Christiani, qui se ex optimis
 iactitant; qui ad singula Christiani nomine glorian-
 tur; quorum ore iugiter versatu: *Honora patrem tuum
 & matrem tuam* &c. primum Dei mandatum secundæ
 tabulæ, nulla quacumque parentum contumelia irri-
 tati, desiderio, animo, voto (ne peius dicam) sint patri-
 cidæ, & extinctores eorum, à quibus vitam, & omnia
 possident? Quid clamant, ô proles, leges naturæ cor-
 di cuiusque exarata, nisi quod benè velitis ijs, qui vo-
 bis benè esse volunt? At quis vobis melius esse cupit
 quam parentes, quorum admirandam anxietatem, vo-
 ta & desideria, quæ quotidie exsoluunt Deo in gra-
 tiam vestri, nunquam hinc habebitis perfecte explora-
 ta. Quid prædicant barbari? Arbitrer nullam gentem
 non clamare, naturam & leges suas concessisse post
 Deum primas reuerentiæ, honoris, officij, pietatis paren-
 tibus; nihilque acceptius præstari posse Deo, quam

vt gratiosè genitoribus compensentur fenora officiorum veterum & nouorum, quæ præstiterunt: vti è contra, nullum euidentius Athei argumentum datur, quam huius obsequij neglectio. Quid hoc edictum canit Dei uiuentis, *Honora patrem tuum, & matrem tuam vt sis longæuus super terram?* Quoties hoc e mandatum repetitur? Quo in gradu statuitur? Fermè e ordine collocatur, quo mandatū spectans timorem & amorē Deo debitum. vt enim hoc primum est prima tabulæ; ita illud primū secundæ; vt hinc liqueat potè amorē & officia in Deū, nihil charius nobis esse debere amore & obsequio in parentes. vt que libentius animum applicaremus ad quæ natura nos inuitat, adicit Deus optimus retributionē, nempe longæuitatem dierum super terram; quam specialiter non adnexit cæteris mandatis. Quotusquisq; hęc eiusmodi fueris, memineris, memineris, quod nisi per patrem & matrem non esses; officiū & auxiliū redde quod tibi primitiua exhibuerunt. *Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses & retribuis illis, quomodo & illi tibi.* Præsta audacter ipsorum gratia quicquid potes; nec enim quanti debes, retribuere poteris vnquam; aut mutuo reddeere eorū quæ accepisti; vti innuere videtur idē locus Ecclesiastici secundum aliam versionem. *Memento natum esse per eos, & quid rependas eis pro eo quod deus sunt meriti?* Ac si diceret: Pro meritis remunerare non vales. Id est, quod vulgò dicimus; ac vtinam communitè præstitemus: *Dijs, parentibus, & magistris nunquam redditur æquiualens.* Quoniam verò orationis nostræ decursus eo nos rapuit, vt Philosophi prophæti sententiam adduxerimus, quo perfundantur magis rubore & ignominia effrontes ingratarum prolium frontes, nonnullas alias adijciemus, tales, ni fallor, quæ mereantur alta mente reponi quotiescumque mentio occurrit officij sobolis in parentem. An lubet nosse cuius atrocitatis sit scelus contemptus parentum? Audi primum & disce, quin à muliere; disce, imò à gentili Pythagoræ disciplinis imbura, Pericloræ nomen habet. *Contemptus parentum peccati genus est.*

Eccli. 7.

Arist. 1. 6. Ethic. c. 1. & 2.

Ex libris de muliere, Pericloræ, Pythagoræ.

eiusmodi est, quod in viuis simul atque defunctis disinitus
 damnatur; ab hominibus odio habetur; & sub terra in
 loco impiorum una cum reliquis improbis perpetuo puni-
 tur à iustitia & infernalibus Dijs, qui his rebus inspicien-
 dis destinati sunt. Philosophus Hierocles dicit eos no-
 bis necessarios & propinquiores; & ab eis ceu forte
 scaturire omnem consanguinitatem, & omnem neces-
 situdinem conciliari. Dicit creditores nostros, quin
 rerum pretiosissimarum; quarum eas à nobis exigunt,
 quas reddere nouum refert nobis beneficium; nihil
 enim, inquit, fructuosius & vtilius nato, quam gratitu-
 do & pietas in parentes. Amplius, parentes sunt nobis
 domini, inquit; nos eorum clientes; nemine potiori
 iure imperium merente in nos, quam in ijs, per quos su-
 mus. Adhæc, addit amicos, & qui nobis opitulantur
 iugiter, sponte, in omni periculo & casu. Quid ad hæc
 sunt benefici nostri, quin summi, ait; nec conferunt
 solum quod iam possidemus, sed & quicquid nobis
 optare dignabuntur. O parentes! O liberos! Parentes
 esse omnipotentes (si ita fari licet) in proles, adstruit
 scriptura sacra plerisque in locis; particulariter, dum
 agit de maledictionibus & benedictionibus Noe,
 Isaac, & Iacob super filios prolatis, quæ effectum for-
 titæ sunt, tanquam prognostica & vaticinia verissima.
 An non merentur hæc à filijs gratitudinem officium
 que in parentes, signanter ætate prouectiores? Aut si
 non præstitent, nunquid merito accusandi criminis
 par nescientis? Si generis humani vniuersitas asperna-
 tur ingratum, paulò asperum, aut æquo ferociorem
 in consanguineos & necessarios; quanto magis eius-
 modi in parentes? Si obliuiscatur creditoris, debitor;
 domini, cliens; amici, amicus; benefactoris, benefi-
 ciatus, sexcenta scommata & exprobra subsequen-
 tur; quanto amplius si non recordemur, imò si pero-
 remus funera parentum, nobis creditorum huma-
 nissimorum; dominorum mansuetorum; amicorum
 summorum, & benefactorum singularium? Parua hæc
 (tametsi plus æquò sufficiant;) augustius quiddam ad-

Hierocles
 lib. quo-
 modo
 erga pa-
 rentes a-
 gendum
 sit.

Gen. 9.
 Gen. 27.
 Gen. 49.

iungamus, depromptū ex infidelium gymnasijs, quae compellamur vel inuiti vicem reddere parentibus. Quid magis alliciat ad officij gratitudinem in alterū quam ipsius celsitudo & maiestas? Quae maiestas diuina celsior? Tenent porro locum Dei in terris patres; in his inferioribus gerunt maiestatis ipsius vices; nec alia penē datur qualitas dignitasque, quae Deo nostri maiestatem propius referat. Est Deus hominum creator? Parentes se habent ut instrumenta. Pasce, docet sic Deus creaturas? Ipsum praestant parentes liberis Providentia Dei extendit se ad omnes omnino necessitates magnas & paruas mortalium? Pariiter genitorum prouidentiam nihil effugit quod ad prouidentum facit sobolis.

Virg. 1. Omnis in Ascanio chari stat cura parentis

AEneid. Et si aequo augustius videor extollere humanum genus, habetote placitum Philosophi Pagani. Si quis parentes secundos ac terrestres quosdam Deos dixerit, non errabit; cum nobis propter vicinitatem si dicere fas est, uel Dijs ipsis honorabiliores sint.

Idem ibidem: Parentes nobis Deorum imagines sunt. Et per Iouem Dijs lares.

Idem ibidem paulo post: Sunt enim Deorum imagines certissima, et similitudinem eorum nobis referunt, melius, quam ullius artis facultas exprimere possit, cum tantquam Dijs domus patroni et nobis familiares sint.

Dicit Deos terrestres, Deos lares, imagines Dei certissimas, domus patronos & tutelares. Neque hic vult inter omnes talia fatur; sed magnus quoque Plato ille, cui semper plurimum detulit S. Augustinus. Cuius pater, ait, aut mater, vel horum parentes senio confecti, quasi thesaurus quidam domi existunt, is putet nunquam aliud sibi tale simulacrum, magisque efficax domui suae assueturum, si recte, ut decet, ab eo colitur. Ita Philosophorum princeps, inquit, omni officiorum genere prosequendos parentes. Ita nos docuit oraculum Delphicum, ubi, referente S. Hieronymo, tres illustres sententiae viscebantur exaratae. Prima, Dijs

Plat. L. 2. legum. Arist. in politic. Volat lib. 10. comment.

Dijs feruendum, nos dicimus, soli Deo. Secunda, reuocendi sunt parentes. Tertia, carnibus abstinendum. A qua congerie sententiarum memorandarum, commentariorum sane & postillarum legis vnus veri Dei, non intendimus inferre Deorum pluralitatem; solummodò obligationem multam, qua tenemur reuereri & amare parentes, subuenire eis, ab ipsis paganis in Diuorum numerum relatis; quales & nobis dici possunt salua vnitae Dei solius, hac tamen distinctione, quod Deus noster verus Deus sit natura; illi participatione sola, quali quali similitudine resultante ex sola gratia vnus veri Dei. Inferamus hinc aliquid. Si parentes sunt quasi Deus, quid sequitur? Philosophus propositionis & fundamenti author, superaedificet culmen, & conclusionem inferat: *Adiciemus, Hierocles ait Hierocles, quod ad hanc sententiam sequitur, nempe filios existimare debere, se in domo patria veluti in sano quodam edituos & sacerdotes ab ipsa natura creatos & consecratos esse, vt parentum cultus operam darent. Quandoquidem verò duplex cultus est, alter corporis, alter animi, quicquid ad vtrumque pertinet alacriter exequuntur, si modo quod ius & ratio iubet facere voluerint. Est autem minor ratio corporis, necessaria tamen. Itaque liberali victu, & qui senectutis imbellitati conueniat, prespiciendum eis est. Item lecto somno, vntione, balneo, veste; in summa, rebus omnibus corporis curae necessarijs, vt nullae eorum inopia laborent; quemadmodum etiam ipsi nos a puero educauerunt. O Philosophum Christianum! O Gentilem Christianismum spirantem! O sententiam! O constitutiones planè catholicas! Quis concedat in sculpi tabulis Moysis ad marginem legis diuinæ, ceu postillas & concordantias? O si cordibus Christianorum characteribus aureis imprimere-tur? Atque, peroptas, heu miser, cupis, simulate Christiane; expetis, natura deuic mortem & decessum genitorum, vt citò ad te deuoluatur hereditas, quomodo hic prodigus? O tempora! O dies infelices! Melioribus exemplis nos imbuerunt maiores*

*Hierocles
vbi supra.*

nostri, Joseph patriarcha, patriæ senectutis germani fulcrum, & Tobias iunior. Quid eos dico, quos Spiritus Dei dirigebat consulebatque? Ad dedecus & ignominiam sempiternam adulteratorum illorum Christianorum, adducamus quos natura sola erudiuit, qui propriæ vitæ periculo toti fuerunt in eripiendis parentibus à morte certissima; absit quod eorum fœnera optarint.

*Aeli-
nus var.
hisp.*

Olympiade octogesima prima, euomente Aethna fumos & flammam ingentes; Catanæ ciues gemini, quorum alteri nomen Callias, alteri Philonomus, arreptum parentem quisque flammis extulit, de rebus opibusque alijs nihil solliciti: quibus cæleste numen adeo propitium existit, vt flammæ hinc inde diuisam sternere progredientibus.

AENEÆ quoque procedenti ad tollendum patrem, idem contigisse dicit Virgilius:

*Virg. 2.
Aeneid.*

*Descendo, ac ducente Deo flammam inter ebr hostes
Expedior, dant tela locum, flammaque recedunt.*

Simile officium præstitit patri mago animis ille Troianorum Dux AENEAS, medijs flammis ereptum humeris gestans, durante populatione Troiæ.

2. AEnsi.

*Ergo age chare pater, cervici imponere nostra:
Ipse subibo humeris, nec me labor iste grauat:
Quo res cumque cadent, unum est commune periculum,
Vna salus amobus erit.*

Idem, 3 AENEIDOS inducitur eiulans & lugens patris decrepiti mortem, & eius desiderio summe flagrans, ceu curarum suarum leuaminis.

*Virg. 3.
Aeneid.*

*Hic pelagi tot tempestatibus actus,
Heu! genitorem, omnis cura casusque leuamen
Amitto Anchisen: hic me pater optime fessum
Deferis.*

vtq; hoc natorum in parètes obsequium altius memoriæ maneat cõmendatum; haud auersatur prudēs Vates geminare id ipsum libro 9. inducens Equitẽ Eurialum, in hunc modum cū Ascanio duce dissentente, priusquam in hostium castra noctu cū amico Niso irruperet.

CONCIO QUARTA:

205

Te super omnia dona,

*Virg. 9.
Aeneid.*

Vnum oro: genitrix Priami de gente vetusta

Est mihi, quam miseram tenuit non Iliu tellus,

Mecum excedentem, non moenia Regis Aeste.

Hanc ego nunc ignavam huius, quodcumque pericli

est,

Inque salutem linquo (nox, & tua testis

Dextera) quod nequeam lachrymas perferre parentis,

At tu oro, solare inopem, & succurre relicta:

Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo

In casus omnes.

Pari modo magnus Homerus quodam loco inducit militem tyronem, in quo certamine casum, quarentem, non dolores & angustias mortis, solummodò quod occuberet antequam parentibus aetate grandæque beneficia & obsequia in teneris annis accepta cõpensasset.

ὄχι πῆλοῖον

vocant

Græci præ-

mium da-

tum nu-

trienti.

Hom Ili-

ad 10.

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

ὄχι πῆλοῖον

Christi in cruce pendētis planctus, nonne quia presentia charæ parentis priuandus, quam ore ad os consolaretur visibiliter, potius quam ex tormentis quibus undique torquebatur, ducebat ortum? Quam ex vulneribus quibus erat lividus? Quam ex instante morte? Quod serio commendaret ingruente morte matrem discipulo, nonne (vti notat S. Ioannes Chryostomus) vt nos doceret curam genere parentum ad extremum vsque vitæ spiritum? Quid profero admirandam illam Domini Redemptoris pietatem? Specula illa & exempla pietatis, ex historijs profanis accepta sufficiant euidentiùs confundendæ ingratiitudini pseudochristianorum multorum; tamen si fufum aliorum numerum producã facillè; ni properarem allegare, quæ ipsos pudore ampliori & rubore afficiant. Cuius non suffûdet vultum rubor, si consideremus attentius ciconiæ amorem & pietatem in parentes? Neque mirum videatur cuiquam, si à natura animalium desumpsero documenta hominibus: certè æquum est vt efferati illi homines omni humanitate exuti discant humanitatem in gymnasio animantium se humaniorum. Physiologi ciconiæ naturam explicantes, dicunt temporis lap-

Ciconia
pietas in
parentes.

Aelian.

Et post e-

um Volat.

l. 25. cōm.

Am. hex

am l. 5. c.

16.

Plin l. 2.

c. 23. Lau-

neus l. 1.

theatri

parui.

Quidā fe-

re eadem

dicunt de

ypupi

charitate.

Matt. 3.

Iustitia

piusca in

liberos

impios.

Pomp. La-

tus l. de

leg. Rom.

Caius Pō-

peius legē

tulit, qua

asperrima

pœns par-

ricidas af-

ficit.

ſu largè compenſate eos à quibus ortum & nutrimentum ſumpſit : etenim fouet interdum ſub alijs membra ſenectute algentia & rigentia parentum ; interdum, vbi neceſſum fuerit, ceruicibus ceu rhedæ impoſitos pennis vehit per aëra . Deinde (notate quæ ſolibi iſtud) aduertens parentes prædæ inſequendæ inepros; ſponte ſe priuat adeptis; ſe ſpoliat ipſa; vomitu procurato cibū reproducit alendis genitoribus, donec affulgeat potior eſca, quā tribuat in gratitudinem & agnitionem accepti obſequii in ætate tenella . Quæ obſequia congeſta, quæ humanitas in animante vno? Quanto amplius ratione præſtare videtur hocce irrationale animal, multis hominibus, qui falſò ad obuia quæque nomine rationalis gloriantur? Cum reuerentia itaque & bona venia te complexor ò chara magiſtra, inhumanis illis hominibus à Deo collata: & ſi vota noſtra quicquam poſſent, vtinam beſtialitas tua rationalis, aut ratio plus humana animalis ſerperet in corda hominum efferatorum & irrationabilem. Aut vtinam is qui potens eſt ex lapidibus ſubcitare filios Abrahæ, mutaret animantia iſta, & inaudita metamorphoſi transformaret in homines . *Aelianus dicit teſte Alexandro Macedone ob pietatem Deorum beneficio in quibusdam Oceanus inſulis in heminet conuerſi ciconias.* Volaterranus l. comment. vrb. Id peoptarem, vt familiari animantium horum conſortio, prodigioſè humanorum & officioſorum, bruta & ferocia illa corda, corda potius lapidea & ferrea quam carnea, miteſcerent, lenirentur, & propriam induerent naturam . verum, non obtinentes quod cupimus, vtamur quibus poſſumus, ò liberi : meminimus animantis huius tam pii, tam obſequioſi, nec feramus obijci mititatem & humanitatem hominibus innatam & propriam ſe recipiſſe ſub alas volucris iſtius; rursus ferocitatem plus quam animale occultaffe ſe ſub ſpecie & figura hominis . Alioqui, vtinam flagella illa cruenta, culeus ille iuſtificus, antiquitus aquis immergi ſolitus, incluſis ſimio, ſerpente, cane, gallo cum

sum parricida, in usu essent; & istiusmodi parricidæ
 voluntarij, cupidi funeris parentum, quo citius hære-
 ditate potiuntur, in eo extremas darent sui criminis
 penas! Aut (nec enim satis rigidum & conueniens vi-
 detur hocce supplicium. *Quorum supplicio non debeat Iuuen.*
una parari simia, nec serpens vitus, nec culter vnus) quo *saty. 3.*
 feruentius & apertius duritiam cordis ipsorum lucent,
 iudices & legislatores nostri priscam Dei constitutio-
 nem relinquerent, qua iubentur eiusmodi proles saxi-
 obrui: decet enim quam maximè saxum cor, saxi op-
 pium. Immorigera proles, & in sua protecutia animum
 firmans, commensationibus, luxuria & poculis va-
 cans, iubetur lapidibus obrui à Deo in lege Moysis: & *Deut. 27.*
 qui tempore Euangelij, quo perfectio amplior exigi-
 tur, maiora, aut saltem paria committit (vt est opta-
 re parentum mortem, aut molestiis & doloribus eos
 conficere, dilapidando eorum possessiones ipsis su-
 perstitibus) non merebitur animaduersionem parentis
 Filij, maledictus patri aut matri (dicit eadem lex) pe-
 reat. *Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moria-*
tur. Quid est maledictio? Non semper (aut grauius Exod. 21.
 fallor) execratoria, aut maledica, aut salacia verba in
 parentum ora iacta; sed & omnia desideria, vota no-
 stra interna vergentia in alterius detrimentum. Cum
 ergo parentum mortem exoptas, & eorum vita pro-
 tractior videtur tibi, quid aliud quam maledicis? vt
 ipsis maledicens, quid aliud promeris quam morte
 mori, quæ mors & perditio animæ tuæ; nec non morte
 corporali mori? Punitio sane atrox, sed his temporibus
 perneccessaria. *Grassantibus multis opus exempla est.*
 In malam crucem abeant; eò enim eos abigere vide-
 tur sapiens, dum ait: *Oculum eius qui sublannat patrem,* *Prou. 30.*
& qui despicit patrem matris suæ, effodiant eum corui de *Xenophō*
torrentibus. & comedant eum filij aquilæ. In vitionem *l. 2. de di-*
 huius flagitij inuitamur; quod inter paganos non *ctis & fa-*
 manserit inultum; ni nos fallat Xenophon referens *ctis Socra-*
 quæ habuit Socrates ad filium Lamprocleum, matri *ctis.*
 insensum verba. Ignoras, ait Socrates, ciuitatem no-
 stram parum attendere ad omnem aliam in-
 gra-

gratitudinem, nec eam in iudicium vocare, despiciere tamen ingratum beneficij memorem? *Ast si quis parentibus non deferat, sicutur tribunali, causa conferatur in ipsum; à iudice pronuntiatur inhabilis ad omnia munia politica, ac si per eum sacrificia non possent perfici, aut quoduis aliud iuste absolui. Sit ut est; non ut puniat eos humana iustitia, sed ideo effugient diuinam, citius aut ferius: & arbitretur ipsius furorem effundendum aliquando largius & acrius, quo, ij quorum gratia deserviet, chariores ipsi sunt; vtrique vices ipsius tenentes, imagines, & similitudines diuinæ; quibus adaptari potest illud: *Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit.**

Luce. 10.

Quid.

*Iupiter inspicit illos qui colunt iura parentum
Et qui negligunt præ animi impudentiâ;
Ac illis quidem benignus & mitis bona largitur,
His verò insensus indignatur per furias,*

ait Vates quidam ethnicus. Nequaquam effugient seueritatem Creatoris. Prospicit & nouit Deus ingratos & impios, similiter bonos; alijs benignus largitur largiter cornucopiam bonorum omnium; alios furij exagitat. *Quæ mala non sunt subsequenti impij, ingrati quæ Absalonem, quia aspirauerat ad regnum superstite patre? Missa historia illa tanquam omnibus nota, ad aliam recentiore venio. Vidi ego fratres binos, vti ijsdem patre & matre genitos, ita moribus & conditione ferè similes. Junior vir factus, obtenta importunis instantijs & accepta hæreditatis portione à patre, vbi aliquamdiu splendide viuendo potiorem partem dilapidasset, in hostium incidit manus; paulò post etiam in prisorum necessarium carceres deuenit. Alter, delecto statu; vbi sapius patrem iniurijs, scommatibus, dictarijs lacessisset; & de passionibus acrius cù eo esse cõtendisset, non ita multò post eò miseriam adactus est, vt labilem hæc vitam morte cruenta & subita proprijs confossus armis fortuitò finierit, nullo expiatus, munitus sacramento, quin vix prolato vno & altero verbo. Vtriusque nomē & cognomen, locum & genus proferrem,*

*Cornu Amaltheæ
cornucopia, liberis
pijs in parentibus.*

nisi

nisi dicatur in defunctum, iniurius in superstitē videri
 veterer. Aiunt defunctum, medijs in mortis dolori-
 bus nonnulla protulisse, à quibus sperari potest, sus-
 cepto in se diuinæ vltionis rigore, obtinuisse vitam æ-
 ternam. Superstes alter flagitium detestatur, assumpta
 spontaneè pœnitentia austerà particulari. Time te vo-
 bis adolescentes prodigi, innumeris doloribus & mo-
 lestis conscientibus parentibus præmaturis vestris desi-
 deriis capeffendę hereditatis; vos potissimum timece, Ne
 qui mortem eorum optatis vt spolia reportetis. Ne
 voluntarii parentum extinctores sitis, veremini. Ti-
 me, quousquisque sis; neque mortem progenitorum
 expete; opta magis summis votis, benè precare, accla-
 ma facta, iis qui tibi cupiunt largiter bona: me-
 moria non excidant Dei leges, quibus iuberis hono-
 rare, & iuuare quantum potes, non valens quantum
 debes. Cogita, ipsos tibi propinquiores; quin quasi
 Deos in domo tua; Cura vt te erga ipsos geras ceu sa-
 crificus erga Deum, nullum non intermittens officiu,
 ne dicam sacrificium: ne patiaris te pietate inferiorē
 ethnicis, imò animatibus brutis; veritus ne mala quibus
 regariter obruuntur tui similes, subitò te oppri-
 mant in simili causa. Melius tibi faciat Deus (quicum-
 que es,) potiori te munere & felicitate donet, quam vt
 nostri prodigi teneas iter; ne tandem in abyssum mi-
 seria deuolui te cum ipso contingat. Sufficiant ista
 de prodigis hominum natis, transeamus iam ad pro-
 digos filios Christi: & vti spondimus, vt ipsis con-
 ueniat adolescentis nomen, disquiramus.

7. Superius per prodigium, seu adolescentiorem fi-
 lium interpretati sumus publicanos illos & peccato-
 res, quorum gratia conuitiabantur Christo Pharisei
 & Scribæ; insuper per hos, omnis ordinis peccatores.
 Hoc loco prosequentes intentum, probamus pecca-
 torem, quicumque is fuerit, senex aut iuuenis, opti-
 mē nominari *prodigium*, quomodo textui dicitur pro-
 digus noster. Itaque *prodigium* græcis, connotat, non
 infimam hominis ætatem, sed plerumque con-
 temptum potius quam annos. Et quod græci dicunt

prodigium
 iunior, re-
 centior,
 minor na-
 tu, aliquo-
 ties con-
 temptum
 significat
 potius
 quam æ-
 tatem.

prodigium

visus ignos, & sonat quasi iuuenem, aut ex ordine iu-
niorum, sumitur quoque pro inconsiderato, fatuo, iu-
dicio carente, amente, quod ea aeras stultis affectibus
sapius quam vera ratione duci soleat. Hem, quid pec-
catore inconsideratus? Quin latinis dicti noui (visus
vnde visus) vilipenduntur, & hoc nomine à con-
cepta de ipsius opinione bona deprimuntur, quin
Gallis, significantur mutabiles, varia sectan-
tes, modò hoc, modò illud amantes. Aliquando dicti-
one nouus insinuamus subid ad excelsa conscensum,
fungum noctis vnius, qui ex sordido & obscuro, cito
euectus est aut fauore, aut alio quouis modo, ad nobi-
litate seu dignitate infimum gradum; quod Salustius
nobilis Romanus natus exprobrabat olim Cice-
roni.

III.

Pecceator
obscurus
& abie-
ctus.
I. Reg. 2.

Salustius oratione in Ciceronem: quam esse Salu-
stij ne quis deinceps dubitet testatur Quintilianus
peritissime libro 4. instit. orator. ca. 1. Verum, ut opinor,
ait, homo nouus Arpinas ex M. Crassi familia eius virtu-
tem imitatur &c Plutarchus tom. 1. vit. in Car. maiore:
Romani eos qui obscuris orti maioribus per seipso inno-
tescere cepissent, nouos homines vocare solebant.

Quid verò obscurius, quid abiectius, quid abomi-
nabilis peccatore? Qui nescit, legat quæ quondam
dixit Deus summo sacerdoti Heli: Quicumque honori-
ficauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me,
erunt ignobiles. Sic Regius Vates plerisque locis psalms
dicit peccatores corruptos & abominabiles; & peccata
sacris scripturis dicuntur abominatio, immanuditia, ig-
nominia, opprobrium. Quin si quãdo dicere volumus
aliquid fieri posse inculpabiliter & sine peccato, dici-
mus, id fiat ignominia procul; ac si peccatum solum
verè esset ignominia.

Psal. 13.
Psal. 52.
Prou. 11.
Ierem. 3.

Abominabiles facti sunt in studijs suis &c.

Abominabiles facti sunt in iniquitatibus.

Abominabile Domino cor prauum.

Operiet nos ignominia nostra, id peccatum idolola-
trix.

Quor

Quorū non dixerimus peccatorem abominabilem; cum eos dicamus nobiles qui viuunt & componunt actus suos omnes ad virtutem? D. Hier. ad Galat. 2.

Vera nobilitas est clarum esse virtutibus, inquit S. Hieronymus.

Arist. 2. Physic. Si unum est causa alicuius, oppositum est causa oppositi.

Appositè ergo peccator appellatur adolescens, iuxta hanc acceptionem. Peccator instabilis.

Quod si adolescentis vocem vsurpemus pro inconstante, instabili, variabili, quis Protheus mutabilior, quis Acheloe inconstantior: quis chamelæon instabilior, peccatore; quem Ecclesiastes dicit lunaticum, vicissitudinibus crescentis, decrescensque lunæ persimilem, & nunquam eundem? Ecccl. 27. Homo sensatus in sapientia manet sicut sol; nam stultus sicut luna mutatur.

Reda libro 3. cap. 38. Marcum c. 9. Hi nunquam in eadem statu permanentes, nunc ad hanc, nunc ad illa vitia mutati crescunt, atque decrescunt.

Plato: Stulti Protheo similes sunt, ille corpus, hi animum sapientiam mutant. Volaterranus libr. 28. comment. tit. de stultitia.

An nou vt luna mutatur, qui hodie bonus catholicus, cras ferro sacrilego confurgit aduersum fidem, militans hodie sub vexillo Lutheri; cras militiæ Caluini adscribendus? Qui hoc anno credit articulum quem sequenti reijciet & anathematizabit? Nunquid non mutatur vt luna; qui non ita pridem viuus flammis deuotionis & animi prompti in fidem ardebat; postmodum, ignoro, qua perfidia, recedit ab ea, & decrescit vt luna? An non vt luna mutatur, quando in nobis radij sapientiæ & splendor virtutis extinguuntur, & eius loco ignorantia tenebræ, & peccati fuligo offundunt nostra lumina caligine, aut potius excecant penè incurabiliter? Ac vtinam, ô miser peccator, stulte & inconstans, vtinam vt luna mutareris; cito enim vacuum crescendo repleuit; tu verò, nec citò, nec serò sapientiam repetis.
Gollj.

Sic Amb.
serm. 82.

Colligit illicò ipsa omnem deperditum splendorem, ast non recuperas, tamen in serum abeat tempus, fidem quam abnegasti aliquando & deseruisti. Onubes! O sidera!

Iuda 1. *Hi sunt nubes sine aqua, quae à ventis circumferuntur &c. sidera errantia.*

Isa. 19. *Miscuit dominus in medio eius spiritum vertiginis.*

Thren. 1.

Quam scitè Vates in suis lamentis, intelligendo allegoricè animam peccatricè sub nomine Jerusalem, testatur inconstantiam peccatoris dicens: *Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est.*

Psal. 11. *In circuitu impij ambulans.*

Eleganter ergo Dominus hoc loco peccatores signauit adolescentis recentis, noui nomine, eo notans & pertingens ipsum inconstantiae Egregiè, quis vocet in dubium?

Peccator
nobilis
inter mū-
danos.
I.

Si libuerit hanc vocem sumere pro eo qui quia ad summam rei nouiter euectus, est odibilis: nihil conuenientius peccatori, comparatiuo: *νῶς ἰσθῶς*, quo vitur textus græcus. Quid enim magis promotum, quid clarius, quid nobilior mundanis, peccatore, tamen reluctantibus & quærantibus probis? Nunc, contra omnem æquitatem & rationem, contra omnem laudatam consuetudinem, laudatur peccator in desiderijs & concupiscentijs vitiosis animæ suæ, & iniquus benedicitur. O tempora! O mores! Qui plus offendit, ingenuus & illustris ducitur, ut vera ingenuitas, videatur nunc sita in peccato, & virtutem sectari sit abominabilem ac vitiosum esse, aut nescio cuius generis bardū. *Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ. & iniquus benedicitur.* Quod si nomen græcum *νῶς ἰσθῶς*, quo notatur prodigus, aptè conuenit omni peccatori, profectò haud minus quadrat quod in latino habetur, ne dicam proprius & conuenientius. Siquidem adolescentis nomen videtur quandoque fatuum significare, aut needum maturum in suis actibus: uti è contra nomine senis intelligimus sapientem & consultum, quod ut plurimum sapiat senectus. Nonnunquam iunior con-

Psal. 9.

II.

Canities
morum.

tem

CONCIO QVARTA.

113

temprium significat, nō etatem, vt honoris causa presbyteros vocamus, hoc est seniores.

In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia, ait Job. In hoc sensu videretur sumpsisse vocem senectutis scriptor libri Sapientia, dum ait: *Senectus venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis, & atas senectutis vita immaculata.* Et in Genesi dicitur Iacob dilexisse Ioseph, præ cæteris, quod genuisset filium in senectute, id est sapientem & maturum ad instar senis, vt sonat quorundam versio, vt Paraphrasis Chaldaei, qui insinuat causam amoris summi Iacob in Ioseph, quod in eo eluceret quædam morum grauitas, maturitas, ingenitas. Designate itaq; dictione senis quædoque maturum & grauem, doctioribus etiam scriptoribus, haud mirum si nomē iunioris aut adolescentis sonet aliquando stultitiam, vel insipientiam aliquam. Hinc qui latium profitentur, pronuntiant, *adoleſcentiurire, adolescentiari.* Liberius citante Nobis, dicit: *incipit adolescenturire. & nescio quid nugarium facere.* Horatius in arte dixit, *iuuenari*, noue & proverbialiter. Et Galli *epuerascere*, pro desipere, nugari, stultescere, quæ sunt argumenta communiter fatui, & amentis, vsurpant. Imò græcè inuere volens se non satis prudenter agere, ait nugari, vtitur dictione quæ quasi sonat, pueriliter ago; nugor ad instar pueri (*νεπονεύω, νου*) nugante & desipiente vt plurimum iuuentute. Quapropter sapiens Salomō agens de adolescentia, eam dicit vanam & vacuam; ac si dicat, insipientem, insensatam, omni prudentia & sapienti consilio vacuam. Imò, secundum quendam interpretem, adpellat ipsam vanitatem & vacuitatem, exprimens hac ratione, exiguum aut nihil sapientia, quod est in adolescentibus, non quod non detur aliquando sapientia in iunioribus; sed quia est in ipsis quasi non esset. Vndique enim cuncta & circumuallata illyrio & illecebris peccati & titillationibus carnis, vt scribit S. Hieronymus ad Nepotianum, suffocatur, haud secus ac ignis in ligno viridi. *Adolescentia, ait, multa corporis bella sustinet, &*

Iob. 12.

Sap. 4.

*Prou. lib. 2
Cic de Senectute.
Mature fitas senex, si diu velis esse senex.*

Eccl. 11.

H sapi.

D Hier. *sapientia inter incertum vitiorum & carnis titillationes quasi ad Nepot. ignis in lignis viridibus suffocatur, & suum non potest pa. 3. ep. e. explicare fulgerem. Similem huic opinionem concipisse videtur magnus ille Atticorum legifer Solon, cō- pist. 7. nitio. stituens iuniorum neminem asciscendum in mag- Stob. f. 112. stratum; neque huic ad consultationes aditum con- cedendum, etsi consultus & sapiens videretur.*

Vide qua- Iulius Frontinus Traiano scribens sua stratagemata dam pul- dicit praefectos & duces militum senes esse debere, vitio- chra apud gant, discutiant, componant consilij rem prudentes Stob. f. 114. milites vero, iuniores, quo acriter & animose cum ho- pag 360. ste conferant.

circa me- Vox Pompeij senis ad milites apud Lucan. dium. *Nec vos meate treat atas.*

Lucā. l. 2. *Dux sit in castris senior dum miles in illis.*

Ouid. l. 6. *Hac dare consilium pugnare paratior illa.*

Hac atas bellum suadet, ut illa gerit.

Omni tempore in pretio habita est senectus à pru- dentia, & bono consilio; reiecta iuuentas. Senum ho- nor tantus exstitit apud Gracos, ut Duces Reip. nunquam procederent, nec egregium quid agerent, ad quod senes non inducerent, aut approbarent, inquit Cicero, sic Agamemnon Tribunus exercitus Graecorum in obsequio

Cic. Phi. 5. *ne Troia, pluris aestimabat Nestorem trecentenarium quam alium quemcunque ingenium; summis vocibus desiderans Nestores decem, aut totidem consilios in castris ad instar Nestoris, ob singularem prudentiam venerandam canitici adiunctam, cuius naum non frequentabat diu solum, sed & noctu, quotiescumque opus habebat consilio, ut conferret cum eo de summis periculis, & ingruentibus summarum rerum auctibus. Non tanti ducebat suum Diomedem, ille strepente sane, ab igne diuino qui in armis eius micabat neque fratrem Menelaum, Imperatorem tamen totius exercitus, quam venerabilem illum senem. Qui hoc Nouerat Respublic. saepe numero pessum- re, & euertere temeritate caeca iuniorum; restituit quoque prudentia & consilio senum, Dux ille Graecia*

numquam optat ut Aiakis decem similes habeat, sed ut Nestoris. Quod si acciderit, non dubitat quin Troia breui sit periura. Vt terra, va terra cuius rex puer est.

Cicer. in
Catone.
Maire.
Alcibia-
dis iuue-
ta nocuit:
Nici; vero
seneca
profuit.
*Plut. t. 1.
vitaru in
Romulo.

Eodem modo Romulus Romaniq; videntur prudentia primas concessisse senectuti, adpellantes conuentum centum rectorum siue consiliariorum * Senatum; quod sonat quasi concilium, aut conuentus senum. vt hinc moneret grandæuorū ætate & moribus esse de negotijs status & Reip. disponere, potius quam exerebratorum iuuenum. Quorsum hæc ominia? vt hinc liqueat omni ætate, iuuentutem leuitate infamem reiectam à consilijs, & nullius pretij æstimatam; potius imprudentem, leuem, inconsultam habitam.

Sumpto itaque adolescente pro insipiente & inconsiderato, an non adolescens & à puero, peccator, quo inconsultius nihil, cuius vita mera est stoliditas, scena nugis & amentia referta in teatro huius mundi exhibita, vbi plenis buccis ridet & subsannat Dei creatoris sui mandata? Insipientissimus verè peccator audens ludibrio habere sapientissimum & ridere tantum Dominum. Quid adolescentiam dico fatuam, inconsultam; peccatorem similiter Aristoteles Philosophorum facillè princeps, non solum videtur velle iuuentutem inconsultam, sed & iudicare in idoneam & ineptam suscipiendæ sapientiæ. Ista dixit ijs libris, quibus philosophatur de virtutibus moralibus, & homines erudit vt amplectantur verum virtutis corpus, non autem ymbra. Rationem assignat Philosophus, dicens, adolescentem ignarum actionum vitæ humanæ, de quibus Philosophi morales, & à quibus suas desumunt rationes. Addens insuper iuuentutem agitari & vrgeri passionum æstu, quæ faciunt vt in vanum audiant, cum finis & scopus Philosophiæ moralis sit actio, non notio. Vnde colligitis, Auditores, vt bellè & concinnè, Dominus peccatorem nominet adolescentem.

1. Mor. e. 3.
Nullos ad
mittebat
adolese-
tes ad mor-
alia Ari-
stoteles.

Isa. 9.

Multipli-
casti gen-
tē, nō ma-
gnificasti
letitiam.

Superse deat nunc oratio, cuius stame nin longum
abit nimis; et astina luce, aspirantibus Superis, reli-
quum exolucemus. Ad præsens, vos progenitores, quos
haud fugit liberorum multiplicationem, plerumque
includere ærumnas & cruciatus (vni satis comprobatus
prodigus iste) supplices offerte Deo preces & vota ro-
giter, vt tot tantosque nō experiamini dolores; vt Deus
sua gratia dignetur eos vobiscum probè educare &
instruere. Te verò (ò chara iuuentus) adiuro in nomine
Iesu Christi, per crucem, per vulnera, per sanguinem
cuius, vt memor anxietatum & dolorum quos tui gratia
pertulerunt & adhuc perferunt parentes, bene velis
ijs qui tibi summè bene volunt. Caue summo opere, ne
mortem exoptes auctoribus vitæ tuæ, quo nonnulli
reportans splendidior videaris spolia. Tibi ob oculos
versetur iugiter, vt tibi legibus & constitutionibus
diuinis districtè & serio sunt commendati: vt despo-
situs & auersatio eorum sit enorme crimen; haud rari-
us contemptu veri Dei, cuius ipsi tenent iocum,
magine sunt, & germanæ similitudines. Ne forte
quaslo religione & pietate in parentes superent eth-
nici Christianos, in perpetuam eorum ignominiam.
Quid inquit ethnico? Ad laboret quisque vt anima-
tia supra memorata non suffundant pudore & con-
fusione mortalium vultus, prævalendo pira-
te & gratitudine nobis. Non sumus, clar-
rissimi, ad instar prodigi huius, concoquentes portio-
nem facultatum patriarum; multo merore & detri-
mento parentum nostrorum. Formidemus vltionem
coelicam, qualem superius commemoravi accidisse
nostro seculo: nec enim tenetur magis, imò fortè ma-
nus parcere nobis Deus, quam ijs in quos protendit
districtè brachium & ferrum suæ iustitiæ. Deinde
quanquam floreat nunc ætatis nostræ ver; nec ideo
patiamur nos referri in album stultorum, inconfi-
dorum, habentis vanorum affectuum multorum im-
pulsorum. Et si verò ætas ista regulariter paruo in pro-
tio sit, conemur euadere in ingenuos, aut dignos re-
dere quos Deus nobilitet, & quibus auctoritate

conclit, iuxta preſtitam fidē, vitam viuendo virtutē, i. Reg. 2.
 ſpirantem. Tameſi nouelli ſumus, id eſt natu in ſimi
 nec ideo ſumus recentēs, mutabiles, inſtantes,
 amplexando modò virtutem, modo virium; ſed ſig-
 amus pedem in veſtigio bono, nullatenus ab eo deuiā-
 tes. Tameſi nouelli, non ideo complectamur inge-
 nuitatem nouam, & damnabilem mundanani; quæ
 hoc tempore videtur addere claritatem & ſplendorem
 maximis & atrocioribus peccatoribus, vſque ad amu-
 lationē. Eſt, ætate parui, exhibeamus ſenectutem iu-
 dicij & prudentiæ, vti pridem Ioseph, Samuel, Dauid,
 Daniel, vterque S. Ioannes, Baptiſta & Euangeliſta, om-
 nes Deo neceſſitudine iuncti, qui annorum nu-
 meto iuuenēs, prudentia & ſenectute ſuperiores e-
 uaſerunt ceruicibus decaluatis & cauſi ſui ſæculi.

Salomon
 iuuenis
 fuit ſe-
 nex, ſenex
 vero iuue-
 nis fuit.
 Sap. 1.
 vique quo
 paruuli
 diligimus
 infantia.

Te quoque compello ſenectus reuerenda, canities
 venerabilis: non ſeras rigofam faciem, & canos, argu-
 menta ſolita ſenſus & iudicij maturi, infamari pueri-
 tia veſtrorum operum; ne cum propheta dicamini op-
 timē, pueri centum annorum, teperaſcentes, & deli-
 rantes, quibus ſatis abundat mundus; quo nihil odi-
 lius & elidius coram Deo & hominibus. Deo, extra o-
 mnem aleam eſt. dicente Eccleſiaſte hoc modo: *Tres
 ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valde anima illo-
 rum: pauperem ſuperbum, & diuitem mendacem, &
 ſenem fatuum & inſenſatum.* Hominibus, quis ignoret
 ſenem diſſolutum cachinnis & nanijs omnium exci-
 pi, quin multo acrius iuuenē, in ſimili lapſo? *Si cano
 capite te cuculum vxor ex luſtris rapit. Aut; ſi vnā a
 micam duçet decrepitus ſenex. Adoleſcens luxurio-
 ſus peccat, ſenex luxurioſus inſanit;* inquit Sene-
 ca.

Ecc. 25.
 ſis, & ad
 di yzov ſis,
 id eſt,
 bis pueri
 ſenes.
 Varro.

Plauti in
 Aſnaria.
 Senec. l. 2.
 declamat.
 declam 6.
 Chryſ. in
 c. 4 ad
 Heb. hō 7.
 Senec.
 epiſt. 12.

Canities tunc eſt venerabilis quando ea egerit que ca-
 nitiem decent: cum verò inuēniliter ineptit, plus iuueni-
 bus ridiculoſus erit, ait S. Chryſoſtomus.

Turpis & ridiculoſa res eſt elementarijs ſenex. Et nihil
 turpius quam ſenex viuere incipiens. Seneca.

Neutiquam, non eſt ab annorum numeroſitate ve-
 ſcranda ſenectus, magis verò à fulgente prudentia in-

Amb. 3. actibus externis, & vita irreprehensibili. Et ut dicit
l. 5. epist. S. Ambrosius, Non annorum canities est laudanda, sed
ep. 14. cō- morum.

fra Sym- Prou. 20. Ex studijs suis cognoscitur puer, id est opera
ptachii. iuuentutem indicant.

Aristot. 1. Ethic. cap. 3. Interest nihil iuuenis aetate
 moribus iuuenilis aliquis sit. Non enim defectus penes tem-
 pus est, sed quia & vitis & singula persequitur ex pertur-
 batione egr.

Aurelius Imper. epistola ad Claudium & Claudi-
 nam iam seniores, sed iuuenilia sectantes: Quid estis
 inquit, vos senes amatores praterquam signum anti-
 bernam, ubi prater vinum acidum nihil inest? vulum
 in cute consolidatum, intrus autem pessimè affectum? Se-
 nex improbus nihil est prater porrum albos crines, folia
 verò viridia habens. Viue ergo, chara, venerandaque
 senectus, prout anni senes a te exigunt. Tu, amica iu-
 uentus; non sequaris vestigia prodigi istius; minimè
 aut gressus & iter tene eorum, qui yernante iuuentute
 adæquarunt, aut potius præcesserunt maturitati
 sensuum & morum senes sui temporis, ad augmentum
 & geminationem gloriae suae tam temporariae quam
 aeternae. Faxit Deus, sequamur ipsos & sociemur.

CONCIO QVINTA.

Vulgata. 2.12. Et dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da
 mihi portionem substantia quae me contingit.

Graeca. 12. ὁ ἑπταεὶς δὲ νεώτερος ἐξ αὐτῶν τῶν πατέρων, πάλιν, δὲς
 μοί τὸ ὑπερβάλλον μέρος τῆς οὐσίας.

Syriaca. 2.12. Et dixit ei filius eius minor natu: Pater mi, da
 mihi partem quae mihi contingit ex domo tua.